NICOLAUS DE LYRA

Österreich (Admont ?), 3. Viertel 15. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25882
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Ecc. cap. 6.

clausa Geq. Capitulum vi.

Noli attendere ad. Hic prosequitur intentum de cupiditate dicens Noli attendere ad possessiones iniquas i. iniquae acquirendas et ne dixeris e. mihi sufficiens vita i. mihi restat longa vita Deo multa mihi sint acquirenda Nihil enim proderit in tempore vindictae diuine et ob huiusmodi clausulis sensum q. sit in morte Non sequaris i. obtentu diuine tua concupiscentia cordis tui per potentiam tuam aliena impiendo et ne dixeris quomodo potis de parto Sic supple potens ego in facto Aut quis me subiciet q. dicat nullus Sed hoc remouet a. subditur Deus enim vindicans vindicabit cuius potentiae nemo resistere potest Ne dixeris peccauit et quid accidit mihi triste q. d. Sta bene vel melius e. mihi sicut non peccanti et hoc fiet cum contingit quandoque ad bona temporalia Deo subditur primo diuina Altissimus est enim patiens redditor Nam aliquando expectat penitentiam vitam et tunc differt grauissima pena de peccato peccato i. per poenam remissio Noli esse sine metu qa. nesciis si poena sufficiens fuit et si fuit sufficiens ad remouendam culpe non tu totalis pene neque adiicias poenam praeduium super poenam prius dimissam quia sit quodam modo pnaginitudine reducet et ne dicas misericordia dei magna est et de dei misericordia nimis presumendo et subditur mox Misericordia ei parcens et iustus puniens ab illo acto primat sed q. homo penitet de peccatis velut ducat in illis Deo subditur Non tardas conuerti ad dominum per poenitentiam et reditur actor ad increpationem cupiditatis dicens Noli auenus esse i. diuitiis multis male acquirendis vel retinendis certum patere ex dis. Non venales te Actor sup. induxit ad docendum virtutem Hic contra i. duat ad vitandum indecentia et superfluitate dicens Non venales te i. omnino venum iactant et per sumptuose docendo et non eas in omnem viam i. omnem opinionem iactando et nunc vni nunc alteri adherendo Sic enim pector probat in duplici lingua modo virtute docendo modo contrarium virtutem asserendo qd. solent fuere doctores vacillantes in fide Deo subditur Esto firmus i. via domini quantum ad fidem et in virtute sensus tui i. dictamine mentis naturalis quantum admones et prosequaere verbum pacis et iustitie in agibilibus huius vite et quoniam ad doctorem pertinet de quesitis respondere virtute Deo subditur Esto mansuetus ad audiendum verbum dei dulciter audiendo quomodo fide vel moribus tibi firmum

Intelligas